

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 14: De confessione (2)

Ambrosius:

Confessio hominem in anima vel animam a morte liberat,
paradisum aperit, spem salutis tribuit,

et non meretur iustificari,
qui peccata sua non vult confiteri.

Idem (Ambrosius):

“Confessio animam a morte liberat,
confessio aperit paradisum, confessio spem salutis tribuit,

quia non meretur iustificari,
qui in uita sua non uult peccatum suum confiteri.”

Stephanus de Borbone, *Tractatus de diuersis materiis praedicabilibus*, 3.4.2 (CCCM 124B, J. Berlitz & J.-L. Eichenlaub eds., p.95, ll.181-183).

Confessio a morte animam liberat,
confessio paradisum aperit, confessio spem salvandi tribuit.
Unde Scriptura dicit:

Dic tu iniqüitates tuas primus, ut justificeris (*Esai. xlivi, 26*).
Hic iis verbis ostenditur
quia non meretur iustificari,
qui in vita sua peccata non vult confiteri.

Anonymous, *Sermones sancto Ambrosio hactenus ascripti*,
25.1 (PL 17, col.655A).